In Causa Praeati q.m Ill. D. Petri Lauiano Ducis Satriani ex Testamento ut in actis &c.

Die 24. m.s Januarij 1724. Neap. F. V.o

Per M.C.V. Visis petit.e fol. p.mo Testamento q.m Ill. D. Petri Lauiano Ducis Satriani clauso et post eius Sequutum Obitum aperto sub die 18 p.ntis m.s Januarij fol. 2. ad 3. Fuit prov.m et dec.m quod Supra q.m Ill. D. Petrum Lauiano Ducem Satriani fuisse et esse mortuum et Ecclesiasticae Sepulturae traditum et proinde Ill. D. Nicolaum Lauiano hodiernum Ducem Satriani fore et esse declarandum eius filium legitimum et Naturalem primogenitum, et haeredem Vnlem in bonis feudalibus et Burgensaticis ex Testamento ac D. Antonium, D. Joseph, D. Franciscum, et D. Januarium Lauiano similiter fore, et esse declarandos eius filios legitimos et Nat.s et haeredes in bonis Burgensaticis pro ratis et portionibus in dicto Testamento descriptis, cum oneribus, Conditionibus et Substitutionibus in dicto Testamento contentis, et in omnibus seruata forma ipsius, cum beneficio legis, et Inuentarij. Et tamquam dictus Ill. Dux D. Nicolaus haeres ut supra valeat, et possit succedere in et super omnibus bonis Burgensaticis et feudalibus, remansis in haereditate, et post mortem dicti q.m Ill. Ducis D. Petri eius Patris, Mobilibus, Stabilibus, Auro, Argento, nominibusque debitorum, cum potestate Credita quaecumque exigendi, Instrumenta secundum formam ritus d.e M.C. praesentandi et liquidandi obligationes incusandi, et alia faciendi, quae petiit q.m Ill. Dux D. Petrus eius Pater facere posset et valeret si adhuc viueret hoc suum &c.

Ruggieri

Schiuro

D. Ruggieri &c.